



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

52. An Episcopus in aliquo casu possit dispensare cum homicida voluntario
ad suscipiendos Sacros Ordines? Ex quo infertur, quod urgente
necessitate seu scandalo, & non sit facilis recursus ad Summum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

factum per insidias, vel industriam; quod tamen Concilium videtur requirere vt dicatur voluntariū. Imò si homicidium casuale sit publicum, potest dispensare Episcopus ad minores Ordines tantum, & ad beneficium simplex. Ita Lessius *loc. cit. num. 36. Auila dub. 2. concl. 2. & 3. & alij.*

Sup. hoc si-
gnanter legi-
doctrinam
in Ref. n. 6.
præsertim &
supra ex. 8. et
4. §. ult. & 9.
eius Canon.

RESOL. L.

An in aliquo casu Episcopus possit dispensare cum irregulari ex homicidio occulto, vt ministrare in Ordinibus susceptis?

Et notatur, an Episcopus possit etiam post Concilium Tridentinum dispensare cum homicida voluntario ad vsum saltem minorum Ordinum & ad beneficium simplex?

Et asseritur posse Episcopum in irregularitatem incursum ex bello dispensare cum Clericis constitutis in Sacris, ne mendicare cogantur, & ad beneficium obtinendum. Ex p. 4. tr. 3. Ref. 100.

Sup. conten-
to in hac
Ref. dempra
diffic. postea
in fine huius
Ref. lege do-
ctrinam Ref.
præsertim &
seq. & infra
ex Ref. 52. §.
7. tr. 1. Ref.
53. et in 10.
295 §. Verū.
signanter ad
medium, à
verf. Hæc se-
tentia, &
melius in
alio §. eius
annot. & su-
pra in Ref.
34. latè à §.
Secundū du-
bium, vique
ad §. Tertium.
Sed si ibi
prius perre-
gis. §. Sed
ego quid. fa-
cilius hanc
quæst. termi-
nare pote-
ris.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè urgente magna ne-
cessitate scandali, vel alia, & difficili exis-
tente recurſu ad Papam, vel propter inopiam, vel ma-
gnam distantiam; & hoc siue ex eius ordinaria po-
testate, siue ex tacita Pontificis commissione, non
enim credendum est, Papam sibi dispensationem re-
feruasse, in tanto animatum periculo, vt de dispensa-
tione in impedimentis dirimentibus matrimonij dixit
Sanchez *lib. 2. disp. 4. num. 7.* & Doctores communi-
ter. Et ita nostram sententiam ex Henriquez, &
Syluestro docet doctus Petrus Cornejo. *in 3. part. D.
Thoma, tract. 5. de irregulari. disp. 1. dub. 4. quæst. 4.
& ante illum Auila de cens. part. 7. disp. 6. sect. 5. dub. 3.
in fine conclusionis.*

2. Notandum est tamen hic obiter, Henriquez
lib. 1. 4. cap. 14. num. 1. docere Episcopum posse etiam
modo post Concilium Tridentinum dispensare cum
homicida voluntario ad vsum saltem minorum Or-
dinum, & *lib. 1. 3. cap. 57. num. 1.* docet posse dispen-
sare cum eo beneficium simplex, quia existimat
Concilium Tridentinum non abtulisse ab Episcopis
id quod aliàs erat omnibus iure communi concessum,
vt *cap. 20. de clericis pugnans in duello*, vbi
vtrumque videtur Episcopis concedi. Sed hæc sen-
tentia, pace viri doctissimi, falsa videtur, & conuin-
citur ex verbis Concilij, ibi, *Nec illis aliqua bene-
ficia Ecclesiastica, etiam si curam non habeant anima-
rum, conferri liceat, sed omni Ordine & beneficio
Ecclesiastico perpetuo careant.* Vbi clarè loquitur de
beneficio simplici, & etiam de vsu minorum Ordini-
um, cum talis vsus officium sit Ecclesiasticum. Et
hæc omnia docet Cornejo *vbi supra quæst. 2.* Non
definam tamen hic adnotare Gulielmum Mercetum
*de Sacram. in 3. part. D. Thoma, quæst. 24. dub. 9. n.
1.* asserere posse Episcopum in irregularitatem in-
cursum ex bello dispensare cum Clericis constitutis
in sacris Ordinibus ne mendicare cogantur, & ad
beneficium obtinendum, sed hoc etiam videtur con-
tra mentem Concilij.

Sup. hoc si-
pra lege Ref.
38. & aliam
eius prima
not. & ex
Ref. 39. §.
ult.

RESOL. LI.

An irregularitas, quam nemo scit, nisi ipse homicida, sit ab Episcopo dispensabilis, vt ministrare possit Ordinibus susceptis, licet non possit ad superiores ascendere? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. ex Ref. 51. §. Secundum dubium.

§. 1. **Q**uoad secundum dubium affirmatiuam
sententiam docet nouissimè Texeda *rom.
2. lib. 3. tract. 3. num. 188.* vbi sic ait: Potest Episcopus
dispensare in irregularitate ex homicidio oc-
culto, dummodo ita sit occultum, vt nullus
alius sciat id delictum fuisse commissum à tali per-
sona, nisi solus ipse homicida. Vnde subiungit, quod
cum huiusmodi irregulari potest Episcopus dispen-
sare, vt ministrare possit in Ordinibus susceptis, &
illos exerceat, licet non vt ascendere possit ad altio-
res gradus Ordinis. Immo Couarruias ipse admittit
opinionem eorum tanquam probabilem, qui fatentur
posse Episcopum dispensare cum huiusmodi homici-
da voluntario omnino occulto, vt ascendere possit ad
superiores ordines. Probatur tamen ista sententia, quia
Concilium Tridentinum non auferit ab Episcopis fa-
cultatem dispensandi in irregularitate contracta ex
homicidio omnino occulto, cuius conficius nemo
sit, nisi ipse homicida: ergo sicut Episcopi ante Con-
cilium poterant dispensare in prædicta irregularitate,
id etiam possunt post Concilium attentio iure com-
muni. Probo consequentiam; quia in casu dubio
melior est conditio pessidentis: ergo cum lex noua in
casu dubij interpretari debeat, vt in minimo ius cõ-
mune lædatur, necessariò iuxta illud lex noua Con-
cilij est interpretanda, dum non constet expresse de
abrogatione priuilegij: abrogatio enim legis anti-
quioris vitanda est, vnde cum Episcopi attentio iure
communi dispensare poterant in prædicta irregulari-
tate, attentio iure communi etiam id possunt post
Concilium: additur etiam, quod Episcopi possunt dis-
pensare in irregularitate ex homicidio omnino oc-
culto, est res valde fauorabilis, & ideo clausula illa
Concilij interpretari debet, si fieri potest, in fauorem
Episcoporum.

2. Obiicit: Concilium Tridentinum in prædi-
ca *sess. cap. 7.* expresse asserit, quod in homicidio
voluntario, (etiam si fuerit occultum) non liceat dis-
pensari. Respondeo Concilium non loqui de homici-
dio omnino occulto, sed aliquo modo; scilicet
de illo, quod in iudicio probari non potest. Ita re-
spondet Couarruias, quibus ego addo, quamuis
aliàs sciatur aliunde, etsi in iudicio probari non pos-
sit. Respondeo secundò, quod Concilium in illo
Decreto solum intendit ostendere difficultatem ma-
ximam, quæ erga dispensationem in irregularitate
quæ oritur ex homicidio voluntario fieri debet
non autem intendit limitare auctoritatem Episco-
porum: & ideo ait, non licet, id est, non conuenit
vt in huiusmodi irregularitate fiat communitas,
& absque grauissima difficultate dispensatio, &
patet aliquo modo de homicidio. Huc vsque Tex-
teda. Sed communis opinio Doctorum aduerfa-
tur huic Texeda, licet viri docti, sententiæ: sicut &
Aylyus, & Praxis Curia Romanæ, vt ego alibi
docui.

RESOL. LII.

An Episcopus in aliquo casu possit dispensare cum homicida voluntario ad suscipiendos sacros Ordines?

Ex quo inferitur, quod urgente necessitate seu scandalo, non sit facilis recurſus ad Summum Pontificem, potest Episcopus dispensare cum homicida voluntario, occulto tamen, vt ministrare in susceptis Ordinibus sacris.

Etiàmque deducitur, dum hac tria concurrunt in matrimonio celebrato, cum occulto impedimento dirimente, scilicet difficultate recurſus ad Summum Pontificem; scandalum, si est sepa

Sup. hoc
d. uab
cedent
Ref. 8.
aliis
primar
annon
num.

Sup. hoc
Reliq.

Sup. hoc
Reliq.

Sup. hoc
Reliq.

Separatio, & periculum incontinentia, posse Episcopum dispensare in hoc matrimonio? Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3. Ref. 32.

Casus est curiosus, & à nemine discussus, nisi nouissimè à Frago in Regim. de Re-... ubi sic ait: ex sententia Thomæ Sanchez lib. 2. de... dispensare Episcopum cum homicida occulto, si virgen-... necessitati suscipiendi Ordines Sacros, non... modo obitari absque eo, quòd factis ini-... Exemplum sit, quidam vir grauis ratione Ca-... paratus iam quoad omnia ad suscipiendum... Ordines Sacrum pridie illius, quo Ordines confen-... de indultia patrauit homicidium occultum... in hoc casu nullum est remedium fortius, vt... infamiam, nisi ad Ordinem sacrum promoue-... si non promouetur, apud omnes reputabi-... author illius homicidij, & vitæ discretim aper-... si ergo Episcopus virgente necessita-... scando, aut infamia potest, cum difficilis est... Summum Pontificem, dispensare cum Sa-... occulto homicida, vt ministrer in factis iam... Sanchez ad disp. 40. n. 7. po-... impedimento matrimonium dirime-... matrimonium contrahatur, quan-... omniibus ad nuptias inuenitur impe-... detentio infamiam notabilem ge-... post omnia remedia quæ sita, ac tentata, nulla via eadem illam infamiam reperitur, imò ve-... aliquid criminis, ob quod matrimonium impeditur: si ergo in hoc casu potest dispensari, cur in nostro casu non dispensabitur?

1. Dices, Summum Pontificem in matrimonij impedimenti solere dispensare plerumque, vt vide-... cum homicida voluntario occulto rarissimè, igitur non poterit Episcopus dispensare in nostro casu, cum Concil. Tridentinum sess. 14. c. 7. dicat: om-... ordine careat. Respondeo etiam Concilium con-... eos, qui scienter in gradu prohibito inuent matrimonium, sess. 24. cap. 5. quòd separantur, & spe... consequendæ careant: quæ pena im-... contra eos, qui scienter intra gradus prohibi-... matrimonium inire præsumpserint, quæ præ-... non datur in illo, qui penitentia ductus ad Episcopum recurrit pro dispensatione obtinenda. Item, quia hoc impedimentum non suscipiendi Or-... cum homicida occulto est Iuris humani à Concilio statutum, sed in illo ob magnam necessita-... Episcopus dispensare, vt bene notat Ro-... Filliucius c. 1. fallent. 7. de consti-... Lambertinus de Iure patron. lib. 1. part. 1. q. 7. artic. 19. num. 2. Gratianus regula 433. numer. 8. Abbas in capit. At si Clerici, §. de adulteriis, num. 9. de iudicis & alij, quos sequitur Gutierrez Canonice. Quæst. lib. 1. cap. 23. n. 18. Et in hoc casu, si non pro-... virgente necessitate, & periculum vitæ, & vehementis suspicio, quòd fuerit author homicidij patri-... si velit abstinere ab Ordinibus suscipiendis; igitur his omnibus concurrentibus, cum non possit Summum Pontifex adiri, videtur posse dispensari ab Episcopo. Hincque Frago.

Sed quid dicendum, vitum virgente necessitate, in scandalo, et si non sit facilis recursus ad Summum Pontificem, posse Episcopum dispensare cum homicida voluntario occulto tamen, vt ministrer in suscep-... Ordinibus factis? Negat Nauarr. conf. 45. de bo-... editione, per c. 2. de Cleric. pugnans in duel-... volunt Fr. Manuël 10. 1. in summa c. 179. no-... Ludouicus Lopez in instr. p. 2. c. 93. & proba-... Tridentino sess. 14. c. 7. ibi, omni ordine careat, Tom. 111.

& vt citati interpretantur, careat ordine, hoc est, vt susceptorum, quibus verbis ait Auila p. 7. disp. 6. d. 3. tolli potestatem Episcopis dispensandi, quoad vsum Ordinum. Nihilominus idem Auila, ibi, concl. 1. credit concurrentibus virgente necessitate, infamia, aut scandalo, & difficili recurfu ad Summum Pontificem, posse Episcopum dispensare cum Clerico, vt ministrer in susceptis Sacris, si delictum est occultum; consentit Henric. lib. 14. de regul. c. 19. n. 1. & 2. iuncta Gloss. li. V. quia id poterat de iure antiquo: ergo etiam modo id poterit, non obstantibus verbis dicti c. 7. ibi, ab Altari euelli debeat, & omni officio Ecclesiastico perpetuò careat; constat enim vsum sacrorum esse officium Ecclesiasticum.

4. Suffragatur praxis communis; qua Episcopi vtuntur in dispensatione matrimoniorum, quæ fuerunt celebrata cum occulto impedimento dirimentis; nam dum hæc tria concurrunt, nimirum difficilis recursus ad summum Pontificem, scandalum, si fiat separatio & periculum incontinentia; possunt tunc Episcopi dispensare in his matrimonijs. Ita Nauarr. in manual. c. 22. Hispanicè, n. 86. Latine n. 85. Henric. lib. 6. de penit. c. 20. n. 1. & lib. 12. de matrim. c. 3. n. 2. Spino in speculo, gloss. 15. n. 86. Capua lib. 2. decis. c. 80. n. 14. Anton. Gomez in Bull. Cruciat. clausul. 10. n. 58. Manuel in eadem Bulla, §. 13. n. 6. in fine. Confirmatur ratione, quoniam legitimè regulariter nequeat Episcopus dispensare in lege superioris, seu Concilij, integrum est illi in casu virgenter necessitatis dispensare, Bald. in Lomnes populi, n. 8. de Inst. & Iure, Gutierrez canonice, quæst. lib. 1. c. 23. n. 18. & Duenn. regul. 248. limit. 2. sed in vtroque casu tam matrimonij irriti, quod est publicum, & impedimentum occultum, quam sacerdotis, qui commisit homicidium data opera occultum, virget scandalum, & infamia, & difficilis recursus ad Papam: igitur si cum contrahentibus matrimonium, concurrentibus iis circumstantiis potest Episcopus dispensare; cur non poterit in homicida occulto, quoad vsum susceptorum Ordinum etiam dispensare, cum sit delictum occultum, & ipse Parochus, seu Sacerdos solitus quotidie celebra- re, & periculum infamiae, suspicandique illum fuisse auctorem homicidij, nec sit aditus ad Summum Pontificem, nisi difficulter; & hæc omnia docet Frago- sus vbi supra quæ tanquam probabilia non respuit Lessius in 3. part. D. Thome, cap. 4. de Irregul. dub. 2. n. 35. Sed in his omnibus tu cogita.

RESOL. LIII.

An Episcopus possit dispensare cum homicida occulto voluntario quoad simplex beneficium retinendum? Ex p. 7. tr. 2. Ref. 33.

§. 1. Affirmatiuam sententiam non obstante hoc Decreto Concilij tenet Henriquez lib. 14. c. 14. n. 1. & lib. 15. o. 1. n. 1. loquens de dispensatione ad simplex beneficium acquirendum, nititur illo funda- mento, quòd Concilium solum prohibere videatur promotionem, aut vsum maiorum Ordinum, qui soli dicuntur facti, neque abtulit Episcopis facultatem, quam habebant in cap. 20. de Clericis pugnans in duello, conferendi duellantibus, & homicidis simpli- cia beneficia. Verum nimirum mihi aperta videntur verba illa: Nec illis aliquando beneficia Ecclesiasti- ca, etiam si curam non habeant animarum, conferre liceat: sed omni Ordine, & beneficio, & officio Ecclesiastico perpetuò careant. Sed vsus minorum est officium Ecclesiasticum: ergo opinio Henriquez quoad vtramque partem pugnat cum allata Concilij definitione. Et ita hæc omnia me citato docuit Mar- chinus

Sup. hoc su- pra in tr. 2. Ref. 132. & in alijs eius primæ notæ
Sup. hoc su- Ref. not. præ- teritæ à §. 1. Tota igitur, & in alijs eius anno- & hic supra in §. 1. huius Ref. prope finem, à ver- quando pa- ratis.

Sup. hoc su- pra & do- ctina §. 1. & 2. Ref. 49. & 50. &c.